

CANCELL.
MARTIS B.
1715.



IX. B. c. 116

56.


~~D. 5. IX.~~


~~XXVIII~~ 9. a

- I. De Destitutions iudicia, sub Dolino, Casper p. Lic.
- II. Thomasi Unterscheidung der frugis; De max. rege frugis non diffunditur de fructibus
aufschlagens.
- III. De Instrumentis, Actus principis clausulis instructis sub H. Coccejo Otto, p. Lic.
- IV. De inutilibus Pactorum Iuris Romani divisionibus in fons Leon: sub Drenayser, Dize.
- V. De iure potestandi in contractibus et quae inde iure sentium dandi conditionibus, sub H.
Coccejo, Kayff.
- VI. - Contractibus inominatis, sub Casenio Leonard.
- VII. - Constituto Possessorio, sub Casenio Wilibrand, p. Lic.
- VIII. - Casu fortuito a quasi usufructuario non proferendo sub Dolino Oberling, p. Lic.
- VIII. - Errore communi circa venditiones quae in scriptis conficiuntur, sub Dolino Paeper, p. Lic.
- X. Venditione pactorum Iuris Romani, sub Dolino, Nagel, p. Lic.
- XI. De Contractu non prolecto, sub Casenio, non firmo, p. Lic.
- XII. - Exordio Proprietatis, sed origine Dominij, sub J. H. Bergero Hartungio.
- XIII. - Negatione Contractuum unilateraliu, sub Dario, Britenjan,
- XIV. - Alienatione, in genere, sub Cotta, p. Lic.
- XV. - Servitute faciendi, sub Titio, Diccio,
- XVI. - Exceptione Dominij, Wilibrand, p. Lic.
- XVII. - Ludo, sub Wagnero, Fried.
- XVIII. - Commutato filii, sub Wildvogelio, Arber,
- XIX. Venditionis iure contracte nonnulla specimina, Wechter, p. Lic.
- XX. De Dolo, culpa et casu fortuito, sub Wincon, à Dellmont.
- XXI. Conductor Accentorij, de Ran, p. Lic. glant, sub Wildvogelio Wildig.
- XXII. Error invidis, sub Wildvogelio Werner.
- XXIII. De acquisitione per traditionem, sub Fungio, Stovh, p. Lic.
- XXIV. De agris vectigalibus, de Fungio, Dicker, Fried. Philippi.

- XXV. De Societate Universalis, sub P. Müllero Karnato, & Lic.
 XXVI. De Pacto retrovenditionis, sub Martini, Krugeri,
 XXVII. - Contractu Emphyteuticario, sub B. Finallero, Prager,
 XXVIII. De iuris causis recusandi depositum, sub Boalino, Georgij & Lic.
 XXIX. ^{De Pacto} Dominij reservativo, sub Hartungo, à Schoentzag,
 XXX. De Salaris ex superficie praestando, sub Hieronymo Dückingio, & Lic.
 XXXI. - Mohatra contractu, sub C. Heglero Gregorij
 XXXII. Annon omnes contractus juxta usum fori Germanici sint consensuales, sub de Imhoff, de - ~~lic.~~
 XXXIII. De Jure spectrorum, sub J. S. Hrycio, Gumbinger, & Lic.
 XXXIV. - Emptione spei, sub J. S. Hrycio, Gumbinger, & Lic.
 XXXV. - Deposito miserabili, sub P. Müllero, Seidenar,
 XXXVI. - Contractu Medici cum aegroto, sub Schultio, Laurens.
 XXXVII. - Continuatione possessionis per successores, sub Dietricho, & Lic.

S





Q. F. Fq; S.
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
ERRORE COMMUNI
CIRCA VENDITIONES QUÆ
IN SCRIPTIS CONFICIUNTUR

SIVE
Öffentlichen Kauf-Brieffen.
ad pr. Inst. d. contr. ab. emitione. |

Quam.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBURGICO,
AC DUCATUS MAGDEBURGICI GUBERNATORE, &c. &c.
AUCTORITATE ILLUSTRIS ICTORUM ORDINIS
IN ALMA FRIDERICIANA REGIA,
PRÆSIDE & h. t. DECANO
DN. HENRICO BODINO,
REGIM. ECCL. REGII IN DVCATU MAGDEB. CONSI-
LIARIO, ET PROF. PUBL. CELEBERRIMO.
PATRONO AC PROMOTORE SUO ÆVUM COLENDO

P R O L I C E N T I A

Summum in Jure Gradum, atque Privilegia
Doctoralia rite capessendi,
IN AUDITORIO MAJORI

d. 25 Mens. Nov. MDCCVII. horis ante 6 pomerid. consuetis
Publicæ Eruditorum Censuræ subijcit

JOANNES CHRISTOPHORUS POESNER
GORLICIO LUSATUS.


HALÆ MAGDEBURG, Typis Johannis Jacobi Keebsil, Acad. Typograph.

V I R I S
PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CON-
SULTISSIMIS ATQUE PRUDENTISSIMIS.
DNN. CONSULIBUS,
DNN. PRÆTORIBUS,
D N. SYNDICO,
DNN. SCABINIS,
ET
DNN. SENATORIBUS,
INCLUT. CIVITATIS GOERLICENSIS
PATRIBUS CONSCRIPTIS
MAGNIFICIS, GRAVISSIMIS,

DOMINIS AC MECÆNATIBUS SUIS DEMISSIMO OBSER-
VANTIÆ AC HONORIS CULTU DEVENERANDIS,
INAUGURALE HOC ACADEMICORUM
STUDIORUM SPECIMEN,
SACRUM ESSE IUBET

PRÆNOBILISS. AC AMPLISSIMORUM
NOMINUM VESTRORUM

obsequiosissimus cliens
JO. CHRISTOPHORUS POESNERUS.



I. N. D. N. J. C.

Thef. I.



Drimarium officium

Causa depravatæ juris-
prudentiæ.

Juri in adplicatione juris ad factum consistere, dubio equidem caret, quantæ vero in eo contingant labes, quod & verba juris scripti secundum simplicem intellectum, ac

mentem legislatorum non satis accurate examinentur, nec casus obvenientes ad rationem juris antiqui ac novi, cum experientia practica satis caute trutinentur, lugenda docet experientia; hinc pleraque Doctorum dissidia, prolixæ partium contentiones, ipsorumque judicantium errorum abyssus originem duxerunt. Cui accessit ambitiosa interpretum arrogantia, antiqua fundamenta juris in dubium vocandi, ac sub prætextu æquitatis aut simplicitatis juris gentium, vel Germanici, cerebrinas correctiones sibi met fingere, ac in eo opinionibus, vel præjudicio auctoritatis certare, quæ administrationem san-



Disimæ justitiæ ita devastarunt, ut non minus, quam olim, opus desperatum & quasi per medium profundum cuncti v deatur, hodie ex vastis Doctorum scriptis certam juris reddendi, normam invenire.

Th. II.

Remedia.

Contra hæc & tanta mala cuique cordato Jcto sane incumbit pro viribus laborare, quomodo undique labanti veræ Jurisprudentiæ, exprimis ejusdem principiis fulcra subjicere, illamque, juxta hæc, à farragine errorum & calumniantium i. e. lites per calumniam moventium, iniquitatibus vindicare possit. Cumque itaque mihi specimen academicum, pro consequendis in jure honoribus, edendum fuerit; Conveniens judicavi, ex materia in foro communissima experimentum quoddam facere, quomodo ex neglecto simplici intellectu verborum & deficienti exercitatione practica, errores orti sint, ac hisce obveniri debeat. Exemplum sumendo ab antiquissimo gentium contractu emtionis venditionis, ejusque forma: non quidem omnia essentialia hujus contractus requisita heic examinando, sed tantum quousque scriptura ejusdem perfectioni aliquid addere, vel detrahere possit, idque pro ratione brevissimi temporis, quo jam ex urgentiori causa includor, non per prolixas Doctorum allegationes, sed per prima juris incunabula.

Scopus dissertationis.

Th. III.

Emtio venditio Contractus Juris Gentium.

Primo autem hic, tanquam à Dd. confessum præsuppono, apud omnes gentes usu & necessitatibus humanis ita exigentibus invaluisse, ut à conventionione de re certa, pro certo pretio alteri tradenda, invita altera

altera parte, sub pretextu proprii usus; aut necessitatis, necdum ex mero arbitrio recedere non liceat, (in quo genuina contractuum à nudis conventionibus differentia fundata est) ac inde emtio venditio recte post difficultates primarvæ permutationis per usum pecuniæ sublatas, contractus juris gentium dicatur. Eo quidem effectu juris, ut circa dubia in hoc negotio emergentia, tandiu communi usui gentium insistentium sit, donec de speciali civili sanctione, aut alicujus loci indubitatis moribus certo constiterit. Cum ergo non tantum antiquitus quamcunque venditionem mobilium, vel immobilium rerum; sine omni scripto instrumento factam fuisse vix negari, aut ex defectu literarum & scripturæ, apud multas gentes, facillime probari possit, sed etiam adhuc hodie communes forenses venditiones, immo infinita nundinarum negotiationes sine scriptura fiant, facile adparebit, prolixa emtionum instrumenta, cum infinitis Contractuum cautelis, non communi humanæ indigentia, nec inde gentium usui aut juri, sed civilibus institutis ac moribus originem debere. Postquam enim ultra necessitates naturales, illi, qui opibus abundabant, magna in diversis utilitatibus, redditibus ac juribus consistentia prædia, in perpetuum familiæ splendorem sibi comparare, ac de illorum quæ hisce civili beneficio coherere dicebantur præstatione ac evictione, varias controversias forenses metuere inciperunt, multaque prædiorum jura (olim tantum precaria,) civili usu introducta, quin etiam certa usucapionum ac præscriptionum, nec non super-vitiis rei venditæ instituendarum actionum tempo-

Formalis
conceptus
contractus

Effectus Con-
tractus J. G.

Instrumenta
Contractuum
ex jure
civili ansam
sumperunt.



61
62 (6) 80
ra introducta, variaque pacta, partim jure improbata
aut nulla, partim legitima inventa sunt, de quorum
omnium probatione, in fluctuante mortalitate ho-
minum, sine instrumentis perpetuis certiores esse
non poterant, adhibita sunt scripturae, in quibus illa,
quae contractui omnino inesse aut accedere debe-
rent, singulariter exprimerentur; ut sic facile adpa-
reat, talia venditionum instrumenta, ex multis juris
civilis subtilitatibus ac astutis caudicorum contro-
versis ansam sumpsisse.

Th. IV.

Porro ex dictis quoque hoc liquet, quod cir-
ca tot, talium negotiorum ac contractuum cautelas,
simul & subtiles juris civilis formulas, facile
scrupulus moveri, ac donec de eo conventum fac-
rit, totus contractus eo magis in dubium vocari pos-
sit, quo pacta in continenti contractui adjecta ipsum
contractum formare, ac eidem ipso jure inesse coe-
perunt, ex intervallo vero adhuc adjicienda con-
ventiones, tantum exceptionem producere debe-
bant; unde omni praesidio auctoritatis, aut pra-
conceptae opinionis, seposito, vero juris prudenti mi-
rum videri non potest, quod in conficiendo, super
variis venditioni annexis aut adjiciendis instrumen-
to, tamdiu ab utraque parte jus recedendi ab illo
negotio competat, quamdiu non exacte super om-
nibus ac singulis illius instrumenti expressionibus
consenserint. Ne tamen similia, ut plurimum ma-
gni ponderis negotia, suadae forensis discrepantibus
ratiociniis judicem dubium relinquere possint, im-
perator Justinianus satis perspicua ac clara consti-
tutio-

Ratio Cont
est. Justin. in
l. 17. C. d. f.
Inst.

(7)

ratione in *l. 17. C. d. sed. instrum.* districtè disposuit, ne super illis venditionibus, super quibus instrumenta adhuc conficienda sunt, ullus processus ullaque lis admittatur, donec non tantum conventa in scripturam redacta, aut quomodocunque manifestata; sed & in mundum relato instrumento, expressionibus utrinque adprobatis inclusa, ac partium subscriptione corroborata, ac instrumenti plenissima perfectione stabilita fuerint. Volebat quippe opt. imp. inuites processus & prolixas causas idicorum alterationes etiam in hoc amputare, secus ac hodie pro dolor! in quibuscunque etiam injustissimis desiderijs, ob lucra iudicibus inde sperata, & corrupta jurisdictionis pessimos fructus varii processuum circuitus eousque admittuntur, donec finita iniqui processus alea, sub ordinis iudicarij pretextu facultatibus suis litigantes exuantur. Et hæc antea relata constitutio Imperatoris ut eo firmiter sedulis juris tyronibus imprimatur postea legitimæ scientiæ primis elementis inserta, ac juxta ejus contenta in *pr. Inst. d. contrab. empt.* ejusdem mentio facta est, cum hac declaratione, ut juris gentium antiqua regula, de producenda obligatione ex solo consensu, in actionibus forensibus, ac communibus commercijs hominum quidem in vigore manere, non vero in illis venditionibus, super quibus instrumenta conficienda, locum obtinere debeat.

TH. V.

Contra hanc ita satis claram ac maxime utilem, immo ad amputandas in extricabiles lites necessariam juris dispositionem, Interpretes communiter de-
fen-

Dubia D4.

fendere conantur, dictam hanc constitutionem Justiniani, eo tantum restringendam esse; si inter contrahentes expresse pactum fuerit, quod non aliter quam in scriptis contrahere voluerint: ex hac potissimum ratione, quod emtio venditio per se & sua natura sit contractus consensualis & scriptura non ad ejus essentiam, sed tantum ad probationem adhibeatur, per consequens, hac nondum perfecta, dummodo de re & pretio contrahentes consenserint, partes invicem obligari *vid. Nicol. d. Passer. tract. d. priv. script. l. 3. qv. 6. seqq. & Dd. passim ad d. l. 17. C. de fid. instrum.* Atque in hac contra rationem juris ac claros textus (uti infra demonstrandum) pugnante opinione, tot dubiorum discrepantiis ita se se involvunt, ut b. m. Dn Brunnemannus pro piete sua *in Comm. ad Cod. all. l. 17. n. 4. in fin.* illam multarum litem matrem vocans, speciales Principum Constitutiones heic desideret atque exoptet, licet ipse opt. ille vir communibus Dd. opinionibus conciliandis magis, quam pro ipsius more, exacte illius legis enucleationi ibidem incumbat. Forte gratiam si viveret illi habiturus, qui sufficientem illarum controversiarum decisionem, sine desideratis novis Constitutionibus ex claris civilis juris nostri textibus ac rationibus demonstraret.

Th. VI.

dd. text. non sequuntur de futura venditione.

Et sane ante memoratam constitutionem Justiniani in *d. l. 17.* ad casum restringere emtionis nondum contractæ, sed ex singulari pactione non aliter, quam in scriptis conficiendæ, eandem prorsus inutilem reddit, cum & ante hanc Constitutionem du-



dubium non fuerit, ex conventa pactione, donec huic satisfiat, exceptionem competere; *h. pr. & §. 4. Inst. de pactis & passim.* ut sic tam sollicita constitutione super eo non opus fuerit. Dum vero *imp. in pr. Inst. d. contrab. emt.* expresse mentionem facit, per dictam constitutionem aliquid pristini juris innovatum esse, insuperque addit, quod per novam ipsius Constitutionem, in casibus ubi scriptura intervenire debeat, ab emtionis recedere liceat; quod de consciendo adhuc contractu absurde diceretur; imprimis cum compilatores juris in adhibendis terminis juridicis tam solliciti fuerint, ut singulis rebus singulas & genuinas appellationes distincte dare studerint. *§. 5. Inst. quibus modis testam. infirm.* hinc satis adparet, de pactione futura adhuc celebranda venditionis ibidem non agi, sed de casu emtionis jure Gentium, per consensum de re & pretio, jamdum perfecta; Ob causas vero civiles variis dubiis subjacente.

Th. VII.

Quamvis ergo ex dictis sequatur, constitutionem hanc, præcedentem consensum de re & pretio, & sic perfectam venditionem præsupponere, non tamen hæc assertio contradictionem involvit ex eo, quod ab ea, tanquam imperfecta, donec scriptura completa fuerit, recedere licere dicatur, cum notissimum sit, multa per jus civile juri Nat. & Gent. superaddita esse, quorsum & hæc Constitutio pertinet, disponens; ut conventio de consciendo instrumento venditionis, re scilicet adhuc integra, hoc est nondum soluto pretio nec re tradita (*vid. l. 58. ff. d.*

Non obst. perfectam venditionem retrahenti.

ff. d. palls.) operetur jus recedendi ab illo contractu, donec desideratum instrumentum omnimodo perfectum fuerit; Ex quo simul adparet, quod si post rei traditionem & numerationem pretii, aut si de eo fides sit habita, ad probandum tantum emtoris titulum ejusque auctorem, instrumentum venditionis, quomodocunq; conceptum, alteri exhiberi convenerit, talem conventionem jus venditionem retrahendi non operari, sed dispositionem dictæ Constitutionis tantum de illo casu intelligendam esse, ubi præter consensum interpositum hæcenus nihil ab utraque parte præacticum est.

Th. VIII.

Neque obstat, quod in *pr. inst. d. contrab. emt.* mentio fiat emtionum, quæ scriptura conficiuntur, ex quo nonnulli Dd. colligunt, contractum nondum confectum ibidem præsupponi; supplendus quippe est hic textus ex ejus fonte, ad quem ibidem disertæ sit remissio, scilicet ad *d. l. 17.* quæ si eum animi adplicatione ac diligenti consideratione genuinæ significationis vocum legatur, dubium non relinquit, illam phrasin: *quæ scriptura conficiuntur*, non contrahendam adhuc ipsam venditionem, sed mores seculi, ac diversitatem objecti hujus contractus respicere, scilicet von solchen Handlungen/wodüber insgemein Kauff-Brieffe gemacht und ausgefertiget zu werden pflegen. Licet enim verum sit, quod tales literæ per se contractum emtionis non efficiant, sed tantum ad probandum utriusque partis consensum adhibeantur, tamen ob probationis difficultatem variorum præstandorum tollendam, imperator voluit,

1036
1037
1038

luit, ut ante tale instrumentum, de cuius consecratione partes consenserunt, poenitentia locus maneat. Quod eo certius ex eo liquet, quod imperator conscribendam scripturam expresse nomine instrumenti designet in dd. text. & sic eandem contracta emtionis futuram probationem esse agnoscat; cui nihilominus saepe dictum effectum attribuit.

Th. IX.

Manet ergo inconcussum, quod in illis emtionibus, ubi inter contrahentes pretium quidem determinatum est, ante eius solutionem autem factamq; traditionem rei vendita inter contrahentes convenit, ut super hac emtione instrumentum prius conscribatur, *per hanc dictam Imperatoris Constitutionem* utrique parti licere ab illo contractu recedere, donec scriptura illa subscriptione partium, alio modo plenissime confecta fuerit. Nec in contrarium movet *L. 6. C. d. resc. vend.* quod consensu facta venditio rescindi non debeat, utpote quod ordinariam regulam facit, admittit tamen dictam legibus expressam exceptionem; neque inusitatum est, ut illud, quod magis firmando negotio adjici desideratur, tacite quoque effectum a contractu recedendi operetur, quod ex ipso hoc textu *pr. Inst. C. d. l. 17. de arrha datione* manifestum evadit *vid. Brunnem. d. l. n. 8.*

Summa d. l. 17
inconcussa
manet.

Th. X,

Quemadmodum vero regularum, sic quoque exceptionum certae definitiones sunt periculosa ac in aliquo facile fallunt; Unde etiam in hac materia notandum, quod si contrahentes, qui de instru-

Datur tamen
exc.

B 1

mento

mento conficiendo consenserunt, juramentum interposuerunt, quod a contractu, consensu inito, nullo modo recedere velint, per indirectum & propter obligationem, a beneficio prelaudata constitutionis excluduntur, uti eleganter hic monet & probat *Joseph Mascardus d. Probat. Vol. 1. Concl. 435. n. 3. seq. cum all. Dd.* Cui tamen restrictioni hæc declaratio addenda, si ille qui juravit adhuc vivat, & juramento contravenire velit, illo enim mortuo, obligatio personalissima ex jure jurando orta, quæ tantum jurantis animam Deo obstringit, extincta est, & res redit ad communem juris dispositionem, quod pluribus probavit *Dn. Præses in Disp. Conclus. pract. jur. controv. Concl. 1.*

Th. XI.

Amplificatio.

Maxime vero dubium adhuc videtur; utrum etiam tunc, ubi contrahentes de singulis præstationibus ac conficiendi contractus capitibus certo quidem pacti sint, ac nihilominus adimpletionem illius usque ad instrumenti confectioem distulerint, dispositio hujus constitutionis locum invenire debeat? quod juxta dictam legem 17. affirmandum esse non vereor, per verba: ut nulli liceat prius, quam hæc ita præcesserint, vel a scheda conscripta (licet literas unius vel ambarum habeat) vel ab ipso mundo, quod nec dum est impletum vel absolutum, aliquod jus sibi ex eodem contractu vel transactione vindicare, a deo, ut nec illud in hujusmodi venditionibus liceat

liceat dicere, quod pretio statuto, necessitas venditori imponatur, vel contractum venditionis perficere, vel id quod emptoris interest alteri persolvere. Quæ tam in postea conficiendis instrumentis, quam in his quæ jam scripta, nondum absoluta sunt, locum habere præcipimus. Quæ verba uti satis clara sunt; ita hoc evincunt, ut quam maxime de pretio convento ac de singulis capitibus præstandorum transactum, imo ab ipsis contrahentibus in scheda vel unius vel utriusq; partis manu conscripta sint; Si tamen adimpletio contractus usque ad instrumenti confectionem dilata fuerit; ex. gr. Daß der Käufer die verglichene Kauf-Summa nach aufgesetzten und gefertigten Kauf-Contract zahlen und der Verkäufer das verkaufte Gut abtreten wolle und solle / eo ipso super variis instrumenti formulis ac expressionibus dubitare, ac per hoc, a contractu recedere licebit, juxta claram hujus legis dispositionem, nisi forte certam contractus & omnium ad illum pertinentium actionum schedulam contrahentes, pro absoluto firmando contractu, subscripserint: Da sie zu beständiger Besthaltung die Punctation / woraus der Kauf-Brieff einzurichten cum die & dato unterschrieben und darüber unverbrüchlich zu halten sich verbunden haben / quo pertinere videntur verba legis porro subjecta: *exceptis tantum emionalibus instrumentis, jam vel in scheda vel in mundo conscriptis, ad que presentem sanctionem non extendimus, sed præca jura in his tenore concedimus.*

Et cum dicta Constitutio non tantum de em-
 tione venditione singulariter sit concepta, sed &
 permutationis; ac transactionis mentionem faciat,
 de cetero *ex pr. Inst. d. Locat. Cond.* constet, quod
 locatio Conductio cum emtione venditione iisdem
 juris regulis subsistat, facile sequitur, tam in loca-
 tionibus prædiorum, quam hereditatum divisioni-
 bus, & quibuscunque transactionibus aliisque ne-
 gotiis, in quibus inter contrahentes placuit, ut an-
 te ejus adimplerionem instrumentum conficiatur,
dictam constitutionem locum habere; secus si adim-
 pletio contractus antea accesserit, tunc enim ejus
 retractatione magis novus contractus ineundus,
 quam quod a pristino recedatur dici possit. *d. l. 58. ff. d. pactis;* quo *hac imperatoris Constitutio* non peri-
 net.

Const. d. l. 17
 in omnibus
 negotiis, su-
 per quibus in-
 strumentum
 conficiendum
 est obtinet.

Hoc tamen notandum, quod in casu retra-
 ctandæ venditionis, similisve negotii, ante perfectio-
 nem conventi instrumenti, tunc non liceat impu-
 ne a conventis recedere, si pro illorum confirma-
 tiene arræ nomine aliquid datum sit, tunc enim, si
 dans pœnitere velit, datum amittit, sin accipiens,
 duplicatum restituit, ubi tamen appime notandum,
 non quancunque solutionem partis pretii, vel mer-
 cedis, arram denotare, & sic ejus amissionem, vel du-
 plæ restitutionem involvere, sed illud, quod in
 specie pro magis obligando emtore, aut conducto-
 re vel simili, ut alter securior existat, & quasi tacite
 sum

Licet arræ in-
 tervenerit.

quæ probata
 do.

119
zum Neu-Kauff datum esse liquido probari potest
vid. *Brunnem. d. l. n. 8.* & sic incluta facultas juridica
hujus Academiæ, ante paucas septimanas, confirma-
vit sententiam Dicasterii Schvartzburgensis, quod
emtor, retractata venditione, partem pretii quam
accepit, restituere recusans, probare debeat, se illam
quantitatem in specie loco arræ accepisse.

Th. XIV.

Cum itaque ex retro deductis abunde consta-
re possit, hanc opinionem, quod in casu concu-
endi super venditione instrumenti, re de cetero ad
huc integra, donec illud instrumentum plenissime
absolutum ac subscriptum fuerit, pœnitere licere, in
fundamento juris scripti & sic in theoria secundum
textuum simplicem interpretationem, satis fundatam
esse, restat, ut demonstratur, quomodo exerci-
tatus practicus eandem contra Doctorum præten-
sam observantiam sustinere possit; scilicet cum a-
pud Contradictentes in confesso sit, pacta in conti-
nenti contractui adjecta, formare ipsam actionem ex
contractu, ad ipso jure exinde, ut & illis, quæ ex
intervallo adjiciuntur, exceptionem competere, pruden-
dens Advocatus contra illum, qui ad impletionem
ad contractus consensu initi ageret, nondum confe-
cto, a partibus ad probato & subscripto instrumen-
to, semper exceptionem non adimpleri ab altera
parte Contractus, vel pacti adjecti, opponere pote-
rit, nulla mentione facta, quod a sui clientis parte
con-

Causa pra-
ctica contra
opin. Dd.

conventa adimplere poeniteat, & quia alter con-
ventionem, de instrumento consiciendo probata,
illam exceptionem non aliter, quam productione
alicujus schematis talis instrumenti elidere possit;
circa ejus expressiones ac praestandas securitates, tot
dubia alteri movere ipsi facile erit, ut tandem ju-
dex & pars adversa agnoscere teneatur, pro illo-
rum remotione, potius a contractu recedendum es-
se.

Th. XV.

Neque huic adversatur, quod sic malitiis in-
dulgeatur, ad ea quae semel placuerunt retractanda,
cum ipse adversarius de conventiona instrumenti con-
fectione, promissis suis nondum steterit, & sic in
motua hac obligatione, alteri ansam recedendi ab
eadem dederit; ac quicquid sit, de alicujus partis
hic concurrente improbitate morali, tamen utili-
tate civili, pro amputandis multorum processuum
ambagibus, hoc satis compensatur, exemplo rei ju-
dicatae, aut defertorum fatalium, quae etiam in
causa iniqua jus contra alterum produciunt.

Th. XVI.

Hinc cum in causa Domini C. H. de R. con-
tra heredes quondam domini gener. de O. proces-
sus de eo motus fuerit, quod dictus O. alteri R.
praedium colonarium etiam Meyer, Guth vendiderat,
ac post conventionem pretium, partibus invicem pla-
cuerat, quod posttridie in urbe H. convenire ac ibi-
dem instrumentum conscribere curare velint, eantore
postea

Responsu m'
auct. jurid.

postea emtionem adimplere recusante, alteri vero ejus adimplenti insistenti, juxta communem hypothesin judicatum fuerat; emtorem promissis stare vel venditori interesse prestare debere, post varias absolutas instantias, condemnatione quaque ad interesse subsecuta, contra quod dictus emtor remedium adhuc quarebat, ad ejus Consultationem ex inelyta Facultate juridica hic responsum est: daß bey so bewandten Umständen / der wider den quärenten verhandenen, judicatorum und erkandten execution derselbe zwar mit der dagegen intendierten nullitat oder Spolien Klage schwerlich fortkommen würde: Er könnte aber an statt dessen noch isho actionem nondum ab altera parte adimpleti contractus (welches der Advocat ab initio processus, per modum exceptionis urgiren könnte) annoch anstellen / wobey ihm nachmahl freygelassen, der vorgeschühnten evictions Mängel und ermangelnde gnugsahme securitatz halber seine Dubia zu urgi even: Wodurch Er den verlangten Zweck sonder Zweifel noch erhalten könnte. B. R. W.

Th. XVII.

Plura hic addere, ob brevitatem temporis, hac vice superfedere debeo; benevolum Lectorem rogans, ut hæc volante calamo conscripta, non ad præconceptam forte opinionem, sed ad veritatis trutinam examinare, ac si non in omnibus consentire, tamen aliquid emendando, multiplici ex communi opinione oriente processuum malo charitatis amore obvenire, ac hos meos conatu sæqui bonique considerare velit sub interim.

SOLI DEO GLORIA.

Conclusio,

C

CO.

COROLLARIA.

I.
Nihil iniqui continet, quod in
l. 16. ff. d. minor. dicitur, in emtio-
nibus venditionibus se invicem
naturaliter circumvenire licere.

II.
Non aliter periculum rei nondum
traditæ in emtorem transfertur,
quam post hujus moram vel
culpam.

III.
Datio arrhæ pro magis firmando
contractu, recte ad ejus dissolu-
tionem quoque operatur.

IV.
Traditio longæ manus uti vulgo à
Dd. explicatur, fundamento ju-
ris caret.

V.
Non nudus consensus in futurum
matrimonium, nec sacerdotalis
ri-

ritus, sed plena traditio sponsae
conjuges facit, legitimi tamen
matrimonii effectus, sicuti in Ger-
mania sine benedictione sacerdo-
tali, sic in genere, sine observatio-
ne civilis ordinationis, recte dene-
gantur.

VI.

Divortium quoad thorum & men-
sam, ut effectum juris habeat, vel
per sententiam concedatur, est
figmentum Doctorum, cum fun-
damentalibus Conjugii legibus
& jure Divino pugnans.

VII.

Bigamia per se non est Capitale
crimen, nec in illam poena Capi-
talis statuta.

II X.

Facto divortio, parti nocenti alias
nuptias interdiceret, apud Evan-
gelicos inconueniens est, in ratio-
ne

ne autem Canonica satis fundatum.

IX.

Nemo simpliciter cogi potest ad sponsalia per matrimonium consumanda.

X.


Parentum dissensus non liberat ab obligatione sponsalitia, nisi quatenus alteri parti aliquid imputari possit.


XI.

Quamvis sponsalia clandestina omni jure merito improbentur, non tamen ad legitima sponsalia, praesentia testium requiritur.

XII.

Quando Vasallus deficiente mascula stirpe obtinuit, ut feudum ad filiam suam transferatur, exinde illud foemineum non efficitur, sed ordinariam feudi naturam retinet.





99 A 6950

ULB Halle 3
002 824 809




Sbi

V 5 17

Rebo ✓







Q. F. Fq; S.
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
ERRORE COMMUNI
CIRCA VENDITIONES QUÆ
IN SCRIPTIS CONFICIUNTUR

SIVE
Öffentlichen Kauff-Brieffen.
ad pr. Inst. d. contrab. emtione.

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIE, MARCHIONE BRANDENBURGICO,
AC DUCATUS MAGDEBURGICI GUBERNATORE, &c. &c.
AUCTORITATE ILLUSTRIS ICTORUM ORDINIS
IN ALMA FRIDERICIANA REGIA,
PRÆSIDE & h. t. DECANO

DN. HENRICO BODINO,
REGIM. ECCL. REGI IN DVCATU MAGDEB. CONSI-
LIARIO, ET PROF. PUBL. CELEBERRIMO.
PATRONO AC PROMOTORE SUO ÆVUM COLENDO
P R O L I C E N T I A

Summum in Jure Gradum, atque Privilegia
Doctoralia rite capeffendi,
IN AUDITORIO MAJORI

d. 25 Mens. Nov. MDCCVII. horis ante 5 pomerid. consuetis
Publicæ Eruditorum Censuræ subicit

JOANNES CHRISTOPHORUS POESNER
GORLICIO LUSATUS.

HALÆ MAGDEBURG, Typis Johannis Jacobi Keeßl, Acad. Typograph.

